



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De mendicantibus. cap. xlv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

PARALLELORVM LIB. I.

A rem amicum odio habet, ab amicitia longè remotus est. Melior est vicinus a- 27.
amicus, quām frater longè habitans.

Qui fratres sunt, adiutores quoque sint in tribulationibus. Ne commutes *Ecli. 40.*
amicum sincerum cum auro optimo.

DE MENDICANTIBVS.
CAP. XLV.

FILI, in tempore vita ne mendices. Melius est enī mori, quām *Ecli. 40.*
B mendicare. In ore impij dulce erit mendicationis munus: & in ven-
tre ipsius ignis ardebit.

• DE TVRPILOQVIO.
CAP. XLVI.

CORRUMPUNT bonos mores colloquia prava. 1. Cor. 15.
Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis Ephes. 4.
bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.
Turpitudo, & stultiloquium, & scurrilitas, que ad rem non 5.
pertinent, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos.
Turpis sermo ne exeat ex ore vestro.

Sermonum consuetudo ad res ipsas viam munit. Ac proinde quām diligentissimè con- Basil.
seruandus est animus, ne per sermonum voluptatem imprudētes aliquid mali suscipiamus, Sermo ad
non secus videlicet ac toxicum aliquod melle conditum admittentes. res ipsas a
Mali studium temporis diuturnitate confirmatum, vix unquam, imò ne vix quidem ditū ape-
curari potest, consuetudine nimis plerumque in naturam migrante.

Occlude verbis turpis cera tuas

Naziat.

Aures sonisque cantuum mollissimis.

in Tetr.

Turpes & vani sunt illi, qui in rebus vanis ingenij atque industrie specimen edunt, &
cum ad res præclaras addiscendas tardi sint & hebetes, contrà ad turpia percipienda ce-

D terrimi atque acutissimi sunt.

A sermonis obscenitate non ipse tantum abstinere, sed eos quoque, qui ea vuntur, com- Clemens.
primere debemus, tum acriore conspectu, tum vultus auersione, tum subsannatione, vt dici obscena
solet, tum denique vehementiore oratione.

Petulantiam in sermonibus adhibere, vsu quodam atque consuetudine hoc afferit, vt in mendi- compri-
rebus etiam petulantia laboremus. sunt.

Profsus à turpium rerum auditione, turpibusque spectaculis abstinetum est: multò au- tem magis id agendum est, vt ab obscenis rebus puri ac liberi simus.

Iter ad impudentiam est sermonis obscenitas: atque utriusque finis est obscenū facinus.

Didymi.

Periculum sepe afferit, turpia verba audire.

E DE MALEDICTIONE IVSTE AVT
iniuste inducta: & quod benedicere oporteat, non
maledicere. CAP. XLVII.

ICVT auis ad alta transuolans, & passer quod libet vadens: sic maledi- Proh. 26.
ctum frustra prolatum nemini superueniet.

Non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere. Maledicentis e- Eccl. 4.
nim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Exaudiet
autem eum qui fecit illum. Maledictio matris eradicit fundamenta.

3.

Benedicite persequentibus vos: benedicte, & nolite maledicere.

Rom. 12.

Lingua, inquietum malū, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deū, Iac. 3.

F